



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

B. Albertus Magnus. 16. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

714 VITÆ SANCTORUM. 16. Nov.
transvectam patriæ & parenti reddide-
runt. Subinde & Gothus adest; rogarus
à Sophiâ de filiâ & nepote, saluum u-
trumque & ab utroque salutem nuntiat,
venturis utique, si gradum militarem
gradi vel mulier vel infans potuisset. Ve-
rum perfidiâ à producta ex adytis Euphe-
miâ convictus capite pœnas dedit, & oc-
cidit ecce puer Amor, cui ingens Mars
pepercit. Ex *Metaphr.*

*Quid potest tibi mundus conferre sine
IESU? Esse sine IESU gravis est infernus;
& esse cum IESU dulcis paradysus. Qui
invenit IESUM, invenit thesaurum bo-
num, inò bonum super omne bonum; &
qui perdit IESUM, perdit nimis multum,
& plus quàm totum mundum. Thom. de
Kemp. l. 2.*

B. ALBERTUS MAGNUS.
16. Novembris.

ALBERTUM, quem nobis Lawinga
Suevorum dedit, MAGNUM fecit
Virgo Magna, in cujus clientelam parvu-
lus se dedit. Atque hæc adspectabilis
ALBERTO, monuit ad D. Dominici
castra transfret. Ivit ALBERTUS; ve-
rùm quòd indolem ad studia tardiozem
attulisset, penè stationem suam tyro de-
seruit. Iam fugam paranti & scalas ad-
moventi cæli scala VIRGO iterum se obje-
cit, utque animos ALBERTO faceret, ius-
sit

fit inter omnes & sacras & humanas scientias ejus optionem facere, quæ maximè animo arrideret. Ille continuò Philosophiam expetiit. Ne tamen sibi hanc ascriberet, repetituram se dona sua olim VIRGO edixit. Itaque ALBERTUS ille nuper omnium risus, per omnium ora nunc volare, Doctorque primum Hildeshemii, tum Ratisponæ, Lutetiæ deinde Parisiorum, Colonia Agrippinæ, famâ nominis orbem implere. Sed omnia dixero, si D. Thomam unicum sanctioris doctrinæ magistrum, fuisse discipulum ALBERTI dixero, qui infulam Ratisponensem cum primum potuit cum libris suis mutavit. Sed ecce tibi dum in ultimâ senectâ orbis hoc oraculum responsa fundit, subito deficiente rerum omnium memoriâ, obticuit, vivumque è scholâ funus discipulorum corona domum cum lacrymis deduxit, quas ille etiam toties fudit, quoties aures *Mariæ* nomen pulsaret. Porro quotidie abhinc tumulum suum contemplari solitus, insecendit denique hunc anno M. CCXC. Vivit tamen hodie etiam in libris suis, & eruditionis suæ fontes ubera *Virginis* laudat. Ex Bavar. S. Raderi.

Omnes actus nostri Christo socio debent vel teste compleri; ut bona ipso auctore faciamus, mala propter ipsius contubernium declinemus. Erubescit enim mala facere,
qui

716 VITÆ SANCTORUM. 16. Nov.
qui scit Christum se habere participum:
Christus enim in bonis est, in malis noster
est conservator. S. Max. in Hom.

S. EDMUNDUS EPISC. 16. Nov.

A Nglos Gregorius Angelos dixit.
Certè EDMUNDUS fuit. Hic nihil
antiquius habuit, quàm eos fugere, qui
animorum ipsissimi latrones, Pyladen
tamen mentiuntur. Et fortè prætò so-
lus inambulabat, cum videt formà sci-
tissimâ pusionem; capit salutem, reddi-
tque. Audit eum esse, qui latus suum
in classe, & ubi ubi esset assiduus sti-
paret. Mox exaratum in fronte *Jesu*
nomen legit, & hoc tunc jussus est con-
tra mortem inopinam memoria sem-
per infixum ferre. Tam *Jesu* igitur ami-
cus ausus est sponsam *Mariam* ambi-
re; quod ut amor facilius impetraret,
annulos sibi geminos fabricavit, è quor-
um gemmâ gemma altera *Maria* ab
Angelo salutata emicabat; horum altero
Virginis digitum, altero suum corona-
vit. Atque ita quidem ille pulchrè vir-
ginitatem suam obsignavit. Ceterum
cum stas sponsæ suæ, & D. Ioan-
ni preces percurrere omisisset literis ab-
sorptus, ferulam Ioannes in tentavit
dormienti. Itaque à mediâ semper nocte
Auroram Mariam veneratus, tum de-
mum sacra volumina ante eburneam il-
lius